Fragmentarium

ſuo euangelio quantum inter homines ſufficere credidit com
mendare curauit. Itaq; longe a tribus iſtis ſuperius fertur
Ita ut hos uideas quodam modo in terra cum xpo homine conuerſa
ri. Illum autem tranſcendiſſe nebulam quâ tegitur omnis terra
et peruenisse ad liquidum celum unde acie mentis acutissima
atq; firmissima uideret. In principio uerbum dm̄ a pud per quē
facta sunt omnia et ipsum agnosceret carnem factum ut habita
ret in nobis. Item post aliquanta unde mihi uidentur inquit
qui ex apocalipsi quattuor animalia illa ad intellegendos
Quattuor euangelistas interp̄tati sunt. Probabilius aliquid
adtendisse illi qui leonem in matheo hominem in marco. uitu
lum in luca aquila in iohanne intellexerūt. Quam illi qui ho
minem matheo aquilam marco leonem iohanni tribuerunt
De principiis enim librorum quandam coniecturam capere uolue
runt. Non de tota intentione euangelistarum quē magis fuerat
p̄scrutanda. Multo enim congruentius ille qui regiam xpi
p̄sonam maxime commendauit. Per leonem significatus accipit
Unde et apocalipsi cum ipsa tribu regia leo cum memoratus est
ubi dictum est. Vicit leo de tribu iuda. Secundum matheum
enim et magi narrantur uenisse ab oriente ad regem querendum
et adorandum qui eis p̄ stellam natus aparuit et ipse rex erodes regē
xpm̄ formidat infantem atq; ut eum possit occidere tot paruu
los necat. Quod autem p̄ uitulum lucas signatus sit propter
maximam uictimam sacerdotis neutri dubitauerunt. Ibi enim
a sacerdote zacharia incipit sermo narrantis ibi cognatio mariae
et helisabeth commemoratur. Ibi sacramenta sacerdotii primi
in infante xpo impleta narrantur, et quecūq; alia possunt aduerti
diligenter quibus aparet lucas intentionem circa p̄sonam sacer
dotis habuisse. Marcus ergo qui neq; stirpem regiam neque sacer
dotalem uel cognationem uel consacrationem uoluit narrare

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 37r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36994)